FACVLTAS.

NOS Lic. Ioſeph Gonçalez, Æques militiæ S. Iacobi Spathæ, à Conſilijs Catholicæ Maieſtatis, eiuſque Cameræ, ac Status Caſtellæ, necnon Sanctæ, & Generalis Inquiſitionis, ac etiam Commiſſarius Generalis Apoſtolicus S. Cruciatæ, cæterarumque gratiarum per ſanctiſsimum D. N. Alexandrum Papam VII. in omnibus Regnis, & dominijs Hiſpaniarum, &c. Necnon circa librorum, diuinique Officij impreſsionem, taxam, & diſtributionem Iudex Apoſtolicus, & Regius. Tenore præſentium licentiam impartimur Matthæo Fernandez Regio Typographo, vt excudere poſsit Officia noua Sanctorum cum octauis. Matriti die 3. Octobris 1667.

Por mandado de ſu S. Iluſtriſsima.

D. Alonſo de Lugones.

DIE XXIX. IANVARII.

OFFICIVM

SAN[illegible] [illegible]NCISCI

SALE[illegible] [illegible] [illegible]ORIS, EPISCOPI

ET FVNDATORIS ORDINIS MONIALIVM Viſitationis Beatæ Virginis. Semiduplex.

A Sac. [illegible] probatum.

De mandato Sanctiſsimi D. N. Alexandri diuina diſpoſitione Papæ VII. in Breuiario Romano apponendum.

Et ab omnib[illegible] Chriſti Fidelibus, qui ad ho[illegible] recitandum [illegible]

[illegible]

In veſperis, [illegible] dicatur Hac die lætus meruit ſupremos. Laudis honores.

Oratio.

DEus, qui ad animarum ſalutem Beatũ Franciſcum Confeſſorem tuum, atque Pontificem, omnibus omnia factũ eſſe voluiſti; concede propitius, vt charitatis tuæ dulcedine perfuſi, eius dirigentibus monitis, ac ſuffragantibus meritis, æterna gaudia conſequamur. Per Dominum, &c.

[illegible] primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN

FACVLTAS.

NOS Lic. Ioſeph Gonçalez, Æques militiæ S. Iacobi Spathæ, à Conſilijs Catholicæ Maieſtatis, eiuſque Cameræ, ac Status Caſtellæ, necnon Sanctæ, & Generalis Inquiſitionis, ac etiam Commiſſarius Generalis Apoſtolicus S. Cruciatæ, cæterarumque gratiarum per ſanctiſsimum D. N. Alexandrum Papam VII. in omnibus Regnis, & dominijs Hiſpaniarum, &c. Necnon circa librorum, diuinique Officij impreſsionem, taxam, & diſtributionem Iudex Apoſtolicus, & Regius. Tenore præſentium licentiam impartimur Matthæo Fernandez Regio Typographo, vt excudere poſsit Officia noua Sanctorum cum octauis. Matriti die 3. Octobris 1667.

Por mandado de ſu S. Iluſtriſsima.

D. Alonſo de Lugones.

DIE XXIX. IANVARII.

OFFICIVM SANCTI FRANCISCI SALESII CONFESSORIS, EPISCOPI Gebennenſis.

ET FVNDATORIS ORDINIS MONIALIVM Viſitationis Beatæ Virginis. Semiduplex.

A Sac. Rituum Congregatione approbatum.

De mandato Sanctiſsimi D. N. Alexandri diuina diſpoſitione Papæ VII. in Breuiario Romano apponendum.

Et ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti Fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, recitandum die 29. Ianuarij.

In veſperis, & Matutinis dicatur Hac die lætus meruit ſuppremos Laudis honores.

Oratio.

DEus, qui ad animarum ſalutem Beatū Franciſcum Confeſſorem tuum, atque Pontificem, omnibus omnia factū eſſe voluiſti; concede propitius, vt charitatis tuæ dulcedine perfuſi, eius dirigentibus monitis, ac ſuffragantibus meritis, æterna gaudia conſequamur. Per Dominum, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

IN

IN II. NOCTVRNO.

Lectio iv.

FRanciſcus in Oppido Saleſio, vnde familiæ cognomen, pijs, & nobilibus parentibus natus, à teneris annis futuræ Sāctitatis indicia præbuit, morum innocētia, & grauitate. Adoleſcens liberalibus diſciplinis eruditus; mox Philoſophiæ, ac Theologiæ Pariſijs operam dedit, & ne quid ſibi deeſſet ad animi culturam, Iuris vtriuſque lauream ſumma cum laude Patauij obtinuit. In ſacra æde Lauretana perpetuæ Virginitatis votum, quo pridē Pariſijs ſe obſtrinxerat, innouauit: A cuius virtutis propoſito nullis vnquam dæmonū fraudibus, nullis ſenſuum illecebris potuit dimoueri.

Lectio v.

REcuſata in Sabaudiæ Senatu ampliſsima dignitate, Clericali militiæ nomen dedit, tum Sacerdotio initiatus, & Genneuenſis Eccleſiæ Præpoſituram adeptus, eius muneris partes adeò perfectè expleuit, vt eum Granerius Epiſcopus vindicandis ab hæreſi Calviniana Chaballicenſibus, alijſque Geneuæ finitimis populis; Diuini verbi præconem deſtinarit. Quam expeditionem alacri animo ſuſcipiens aſperrima quæque perpeſſus eſt, ſæpè ab hæreticis conquiſitus ad necē, varijſque calumnijs, & inſidijs vexatus. Sed inter tot diſcrimina, & agones, inſuperabilis eius conſtantia ſemper enituit; Deique ope protectus ſeptuaginta duo millia hæreticorū ad Catholicam fidem reduxiſſe dicitur, inter quos multi nobilitate, & doctrina inſignes numerantur.

Le-

Lectio vi.

MOrtuo Granerio, qui eum ſibi Coadiutorem decerni curaverat, Epiſcopus conſecratus, Sanctitatis ſuæ radios circumquaque diffudit, zelo Eccleſiaſticæ diſciplinæ, pacis ſtudio, miſericordia in pauperes, omnique virtute conſpicuus. Ad Diuini Cultus augmētum, nouum ordinem Sāctimonialium inſtitui, à Viſitatione B. Virginis nūcupatum, ſub regula ſancti Auguſtini, cui addidit conſtitutiones, ſapientia, diſcretione, & ſuauitate mirabiles. Suis itaque ſcriptis, cœleſtis doctrina refertis Eccleſiā illuſtrauit, quibus iter ad Chriſtianam perfectionem tutum, & planum demonſtrat. Annū denique agens quinquageſimum quintū, dum è Gallia Anneſium regreditur, poſt ſacrum in die S. Ioannis Euangeliſtæ Lugduni celebratū, graui morbo correptus, ſequēti die migrauit in cœlum, anno Domini milleſimo ſexcenteſsimo vigeſsimo ſecundo. Eius Corpus Anneſium (Cor verò tanquā in Galliam amoris ipſius inſigne, apud Moniales viſitationis Lugduni aſſeruatur, vbi magnificè colitur) delatum, in Eccleſia Monialium dicti Ordinis honorificè conditum fuit, cœpitque ſtatim miraculis clareſcere, quibus ritè probatis, ab Alexandro VII. Pontifice maximo in Sanctorum numerum relatus eſt, aſsignata eius feſtiuitati, die 29. Ianuarij.

In tertio Nocturno homil. in Euang. Homo peregrè proficiſcens. Vt in comm. Conf. Pontif. Miſſa de com. Conf. Pont. Statuit ei. cū orat. propria, & Euang. Homo peregrè proficiſcēs

LE-

Lectiones prædictas de ſancto Franciſco Saleſio Epiſcopo Gebennenſi diligenter reuiſas. Congregatio Sacrorum Rituum approbauit die 18. Septembris 1666. Eaſque Sanctiſsimus cum ſupradicta Oratione propria, ad preces Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ, in Breuiario Romano die 29. Ianuarij apponi mãdauit, ab omnibus Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, tam ſecularibus, quàm regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur de Cõmuni Confeſſ. Pont. ſub ritu ſemiduplici recitandas; Officium vero S. Petri Nolaſci in diem 31. eiuſdem menſis proximam, ſcilicèt, non impeditam transferri iuſsit. Die 21. Octobris 1666.

M. Epiſc. Portuenſ. Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

Bernardinus Caſalius S. R. Cong. Secr.

CVM FACVLTATE MATRITI,

Ex Typographia REGIA, Anno M.DC.LXVIII.